



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Testimonivm P. Thomæ Bisdomini.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

ctus, qui verbulo meditatus absoluere, bene longas literas scripsi. Condoneat id R. Vestra affectui, aut potius condemnet, qui de Iuene virtutibus omnibus ornato tam pauca scribens, imbecillitatem ingenij mei magis detexi, quam laudem illius, vt par erat, repræsentavi, obrutus pondere meritorum. Louanij XVI. Aprilis MDCXXIV.

Haftenus P. Antonius Sucquetius tunc tironum Societatis IESV in Flandro Belgica Magister, postea etiam Præpositus Prouincialis, scriptis typo pressis clarus,

TESTIMONIUM

P. THOMÆ BİSDOMINI.

Hic vir grauitate iuxta ac doctrina insignis, eximiae in Ioanne Berchmanno perfectionis admirator, deditam operam aliquando in Ioanne obseruare acutissime cepit num defectus alicuius

com-

compertus, quo à summa illâ perfectione aut inter loquendum aut agendum, disputandumue recessisset, reprehendi posset (quibus scilicet in rebùs, nisi quis ad amissim perfectus sit, procliuissimus est lapsus) nunquam tamen in eo vel erratum leuissimum, ne aduersus Eutrapelliam quidem obseruare potuit.

TESTIMONIUM

P. PETRI EMMERICI
 qui Ioanni Berchmanno fuit in
 bonarum literarum discipli-
 nis Magister,

HAbebat (Ioannes) innocentiam, puritatẽque tam singularem, vt ne nomen quidem nosset eorum vitiorum, ad quæ procliuis ferri hæc ætas solst; nec secus ac pestem amicitias eorum, qui licentiores erant, abhorrebat, ne qua mentem labecula contaminaret, scholisque egressus in studia statim se
 ab-